



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

OBSERVATIONES
DE
ORIGINE ET VIRTUTE
IVRIS NON SCRIPTI

QVAS
PRAESENTE
CHRISTOPH· LVDOV· CRELLIO D
INSTITVT· IVSTINIANEARVM P· P· ORDINARIO
CVRIAЕ PROVINC· ET SCABINATVS
ITEMQVE ORDINIS IVRIDICI
VITEMBERGENSIS
ASSESSORE

AD DIEM IVLII· A· Q· S· P· EST cloc XXXVIII

IN AVDITORIO ICTORVM

DEFENDET

AVCTOR


CHRISTIANVS GVILIELMVS VSWALD
VOIGTSBERGA VARISCVS

VITEMBERGAE

EX OFFICINA SCHEFFLERIANA

(25)

1. **CHARTERED ACCOUNTANT**
2. **CHARTERED INSTITUTE OF BANKERS**
3. **CHARTERED INSTITUTE OF SECRETARIAL PRACTICE**
4. **CHARTERED INSTITUTE OF TAXATION**
5. **CHARTERED INSTITUTE OF MANAGEMENT ACCOUNTANTS**
6. **CHARTERED INSTITUTE OF PERSONNEL & DEVELOPMENT**
7. **CHARTERED INSTITUTE OF FINANCIAL PLANNING**
8. **CHARTERED INSTITUTE OF BUSINESS ADMINISTRATION**
9. **CHARTERED INSTITUTE OF MANAGEMENT**
10. **CHARTERED INSTITUTE OF MARKETING**



NON ONNE IVS NON SCRIPTVM
POPVL CONSENSV INTRODVCTVM EST.
IVS RECEPVTM A ICTIS INVECTVM.
MVLTVM INTER MORES, ET BONOS MORES,
INTEREST.

NIRIFICE falluntur Architecti Institutionum, quibus elementa artis nostrae comprehensa sunt, dum IVS NON SCRIPTVM cum uulgi CONSVETVDINE confundunt. Alioquin enim, SINE SCRIPTO IVS uenire, quod VSVS approbavit: cum DIVTVRN MORES, consensu atentium compribati, LEGEM IMITENTVR. s. 9. I. de Iure Natur. Gent. et Civil. Sed magis adhuc decepti sunt, cum ORIGINEM illius IURIS non scripti, et CONSVETVDINARI, quod illi singunt, ab institutis Lacedaemoniorum deriuarunt. Enim uero in nulla republica minus permisum est ciuibus, et co-suerudini, quam apud Spartanos. Hi quidem certe non suo ingenio uixerunt, sed a LYCVRGO formati et instituti sunt

ORIGINES ET VIRTUTES

squerissimis praceptis. Imo vero, cum aliquando ab ipsis diuerteret Lycurgus, munquam redditurus; iureuando illos obli-gavit, ne aliquid peregrini inueherent, agt desererent mores pa-tios ab ipso institutos: *Quod PLUTARCHVS a) restator.* Sed LEGIS VS SCRIPTIS, quae certis TABVLIS comprehend-e-rentur, ut illos noluit; ut leges magis MEMORIA ciuium et TRADITIONE, quam ultra re alia, sanciret: *Quod PLUTARCHVS b) restator.* TERTANDER ANTISSEA VSILLAS εμελοποιησε, modulos et numeros accommodauit legibus Lycurgi. b) De quo Argumento PRAESES, commentatione singulari, DE PRIMITIIS LEGVM POETICIS tractauit

Igitur apparet, interdum LEGEM EXPRESSAM IURE NON SCRIPTO contineri, et non omne ius NON SCRIPTUM POPVLI CONSENSU constare, sed interdum ab ipso legislatore constitui et proficiisci. Neque enim locus esse potest dubitationi, QVIN et ea, quae VOCE PRAECONIS edicuntur ab imperantibus, aut quae NVTY, ALIAVE DECLARATIONE LVCVLENTA constituantur, quamvis litteris et uerbis non ex-pressa sint, LEGIS rationem habeant, et ab initio etiam debe-ant, NECESSITATE IURIS, custodiri. Imo vero, ipsa etiam NATVRALIA PRAECEPTA, quae scimus, quam sancta sint, et aeterna, et totius humani generis propria, quamuis litteris non sint perscripta, tamen sola NATVRALI RATIO-NE, quam ICti appellant, id est, RATIOCINANDO, EX FA-CTIS summi et certissimi legislatoris, maxime EX CREATIO-NE huius uniuersi, eiusque moderamine et CONSERVATIO-NE, ab omnibus gentibus intelliguntur. Quod ius, quamuis SINE SCRIPTO ueniat, ita certum est, et luculentum, et, uel sine consensu nostro, necessarium, ut, qui uerba legislatoris expressa desideret, nae, ille imperantibus, qui COGENDI facultatem habent, et NVTY omnia administrare possunt.

a) Plutarch, in Vita Lycurgi p. m. 47. et circa finem. Cratius de Republ. Lacedaemon. L. III. c. I. apud Gronou. in Thes. T. V p. 2587. sq.

b) Clem. Alexandre. L. I. Stromat. p. 308. et 533.

possunt, praescriber formaliam orationis, qua ad ciues suos uti debeant: quod non est ferendum.

Itaque apparet, quid inter IUS NON SCRIPTUM et CONVENTU DINES, quae consensu utencium reguntur, discriminis intersit. Ausim enim affirmare, maximam partem IURIS CIVILIS NON SCRIPTAM esse, nec tamen CONVENTU DINE inuectam, sed a ICTIS duntaxat, INTERPRETATIONE ET RESPONSIS, introductam. Aperto POMPONIVS l. 2. §. 12. D. de Orig. Iur. In hac ciuitate, inquit, aut IURE, id est, LEGE constituitur, aut est PROPRIVM IUS CIVILE, quod SINE SCRIPTO, IN SOLA INTERPRETATIONE PRUDENTIVM, consistit.

Ex quo loco apparet, quae in XII. Tabulis non perscripta essent, aut postea consensu populi in comitiis, solenni suffragatione non comprobata, IUS CIVILE, et NON SCRIPTUM appellari, illudque a SOLIS PRUDENTIIS, citra consensum populi, introductum. Tantum enim abest, ut CONSENSU UTEN-
CIVILE, et ciuium opus fuerit, ad IUS illud CIVILE confirmandum, ut potius, idem POMPONIVS d. l. 2. §. 35. D. de Orig. Iur. auctor sit, usque ad TIBERIVM CORVNCANIVM ICTOS IUS CIVILE IN LATENTI RETINERE cogitasse, ut uix innotuerit ciuibas INTERPRETATIO prudentum. Neque eo secius ius illud RECEPTRVM, et IUS, quod OBtinuerit, appellabatur. In quam secentiam plura Reruardus a) dispuauit.

Igitur etiam IUS CIVILE, quod INTERPRETATIONE PRUDENTIVM introductum est, merito IURIS NON SCRIPTI species habetur. Imo uero, illa ICTORVM interpretationem ORBIUS receperit esse dicitur; ut intelligatur etiam MORES non semper consensu populi, sed ICTORVM ARBITRIO, constare. Audiamus PAVLLVM, qui l. 12. §. 2. D. de Iudic. et l. 1. §. 2. D. ad SCiam Velle. MORIBVS impediri, ait, foeminas

a) Reruard. ad L. XII. Tab. c. 16. p. 84. Idem de Regul. Iur. p. 125.

et seruos; ne iudices omnino dari possint; non quia non habeant iudicium, sed quia RECEPVTVM sit, ut ciuilibus officiis non fungantur. Sed, ne credas, consensu ciuitatis obtinuisse, ut foeminae iudiciis et virilibus officiis excluderentur. Constat, iudices non a ciuibus, sed a magistratibus duntaxat, datos esse: constat etiam, RECEPVTVM dici, non, quod populus probauerit, sed, quod a PRUDENTIBVS, DISPUTATIONE FORI, fuerit definitum. Huc et pertinet illud VLPANI, qui l. 1. D. de Donat. inc. vir. et uxori. MORIBVS RECEPVTVM ESSE, ait, ne donationes inter vi-
rum et uxorem admittantur. Nemo enim dubitat, hoc non a populo, sed a PRUDENTIBVS, profectum esse. Ig-
tyr ne MORES quidem POPVLO, sed plerique IOTIS, et PRUDENTIBVS, debentur. Elegantissime QVINOTILIANVS,
quod ab ALCIATO obseruarum est, a) rem expressit.
„Constituendum est, inquit, quid CONSVETVDINEM uoce-
mus. Quae si ab eo, quod PLVRES faciunt, nomen acci-
piat, periculissimum dabit praeceptum, non orationi mo-
do; sed, quod magis est, uitae. Vnde enim tantum boni,
ut pluribus, quae recta sint, placeant? Nam, ut raseam,
„quemadmodum vulgo imperiti loquantur; tota saepe thea-
tra et omnem circi turbam, exclamasse BARBAR-E, scimus.
„Ergo CONSVETVDINEM SERMONIS uocabo, CONSENSVM
SERVITORVM, SICVT VIVENDI, CONSENSVM BO-
NORVM.

Ex quibus verbis intelligitur, maxime in illis rebus pu-
blicis, ubi summa rei publicae ad paucos, aut etiam ad unum per-
venit, ius receptum, et mores, non semper ex consensu populi, sed potentiorum, et in republica Romana, post-
quam iudicibus a sententiis ICOTORVM recedere non permisum, a ICORIS maxime profectos esse.

Hoc est, quod CALLISTRATVS l. 38. D. de Legibus RE-
RVM PERPETVO SIMILITER IUDICATARVM auctoritatem,
uim

a) Alciat, ad tit. ff. de Lib. et posthum. Op. T. I. p. 640. n. 4x.

vium legis obtinere ait, ut ostendat, ICtorum maxime consensum in constituendis moribus desiderari.

Sed ita quidem de MORIBVS habendum. Paullo aliter de illa iuris particula, quam BONOS MORES appellamus. Caeve enim, BONOS MORES, cum consuetudine, et MORIBVS, confundas. Hi enim, ut omne ius consuetudine inuestum, circa res nulla legē definitas et INDIFFERENTES, quod Philosophi aijunt, in primis occupantur, ut, quae ita obtinuerint, etiam aliter constituta esse possent: hinc saepe INCERTISUAT, et per tempora MVTANTVR, et patientur uices suas. Contra, boni mores, ab ipsa uoce NATVRAS excitati et constituti sunt, et ipsam sequitatem, atque omnia, quae NATURALITER HONESTA sunt, fere comprehendunt. Hinc BONI MORES, omnibus gentibus legem faciunt, et perpetui sunt, et negligi aut contemni temere non possunt; ut, generaliter, quod APOLLINIANVS ait, l. 15. D. de Conditi. Institut. quae facta laedunt PIETATEM, EXISTIMATIONEM, VERECUNDIAM nostram, et CONTRA BONOS MORES FIVNT, ea nec facere nos posse, credendum videatur.

II

QVAEDAM LEGES A PRIVATIS SANCIVNTVR.

ODIVM IURIS INCERTI.

CONSVETVD

NON TACITO CONSENSV PRINCIPIS,

SED EXPRESSO, AT GENERALL,

NITITVR

Vides, ius non scriptum, quandoque a NATURALI RATIO-
NE, interdum etiam a Iureconsultis, inuestum esse: NE
IURE INCERTO in republica utamur. Sed, si aliquando
defecerit ICTORVM diligentia, et nihil obtinuerit, et-
iam CONSENSV POPVLI CONSVETVD intrudicitus; ma-
xime

xime in familiaribus negotiis, et, quae pertinent ad domesticas cuiusque rationes. Ita enim IULIANVS l. 32. D. de Legibus praecepit ut, de quibus causis scriptis legibus non utimur, id custodiri oporteat, quod moribus, et consuetudine induitum est: et, si qua in re hoc deficiat, tunc, quod proximum et consequens est, arripiamus: et, si nec id quidem appearat, tunc ius, quo urbs Roma utitur, seruemus.

Ex quo loco intelligitur, quam sollicite indagandi sint iuris fontes, ex quibus REGULA quaedam uiuendi, et decidendas causae, peti possit. Recte enim obseruavit, ARISTOTELIS hominem esse γῶν Φύσει πολιτικόν, animal natura comparatum ad querendes quasdam regulas uiuendi, quibus incommuni societate plurium utatur. Aut omnia me fallunt, aut nihil homini, quamvis natura cupido et studiosissimo suae libertatis, nihil inquam homini sano et erecto magis molestum est, quam versari in tenebris, et sine luce, id est, sine CERTIS PRINCIPIIIS, quae philosophi appellant, aut sine REGULA vagari, in negotiis fuscipiendis. Cui non iucundum est, scire, in quam uiam tuto possit ingredi, ne sublabatur? Quae est illa libertas, quae coniuncta sit cum metu lapsus et offensionis et cum periculo, ne incidamus in difficultates, ex quibus nos deinde extricare non possumus. Hanc nemo, praeter infantes et dementes, facile exoptet. Sed non solum nobis iucundum est, scire, quid periculo careat, sed illud etiam iucundius, si etiam de aliis confidere possumus, atque praeuidere, quid nobis praestare TENEBANTVR, et quid ab illis, propter necessitatem iuris, possumus exspectare. Quae re euenit, ut IURIS INCERTI ODIO, multa, quae alias nos invitos non tenerent, tamen RECIPITA sint, et VIM LEGIS dicantur obtinere.

Sed illud ramen inter LIBEROS et SERVOS interest, ut, cum hi quidem in OMNIBVS, etiam INDIFFERENTIBVS, negotiis, de quibus nihil lege definitum, potestati domini subcipientur; contra ciues liberi, in his, quae iuris regulam desiderant, sed

IVKE

IURE SCRIPTO non sunt certis finibus inclusa, ipsi inter se
iuris sibi quoddam constituant, quo in causis dubiis utantur.

Certe PRIVATIS etiam permisum, de quibusdam rebus suis, inter se legem constituere, ut sciant, quo iure in posterum utantur. Non tractabo illud famosum oraculum antiqui iuris, quo constitutum est, ut pater familias uti super pecunia sua LEGASSIT, id est, LEGEM DIXERIT, ITA IURIS ESSET; id est, ut ultima voluntas eius, qui nullius iuri subiectus esset, legis instar atque uim haberet. Sed illud artificer monere, quod VLPIANVS l. 52. D. de Verb. Oblig. obseruat, in conuentionibus stipulationibus contractui LEGEM a contrahentibus dari posse, cum contra praetoriae stipulationes legem accipiant ex animo Praetoris: ut appareat, quaedam, quae etiam a priuatis constituta sint, vim LEGIS obtinere inter partes. Eo pertinet, quod PAVLVVS, l. 33. D. de seruit. præd. urb. illam conuentionem, quae seruitutes aedium vicinarum descriptae sunt, LEGEM AEDIVM appellat: et generaliter, quod LEGEM uenditionis, locationis, traditionis, appellamus, quidquid partibus placuit, cum res traderetur, aut uenditio, et locatio, contraheretur. Sic LEGEM COMMISSARIAM, quae in uenditionibus adiicitur, dicimus, si, quod POMPONIVS ait, l. 2 D. de Lege Commissoria, uendor fundi, in LEGE, id est, in conuentione, cauerit, ut, si ad diem pecunia non soluta sit, fundus sit inemptus.

Sed haec voluntas priuatorum iustior est in CONSVENTUINE, et CONSENSU OMNIVM, qui efficit, ut, quae DIVITVRNIS in pluribus recepta, et CEREBRO a pluribus SIMILITER facta sint, in posterum etiam inuitos teneant; ne iure incerto in republica utamur. Enimvero non solum magna uis est CONSVENTUINIS, ut morem, cui semel animum ciues accommodauerint, deserere, atque in aliam uiam discedere sine magno suo incom-

incommodo uix possint; sed dorom etiam, et cum periculo coniunctum esset, si homines simplices maxime, qui sensibus reguntur, et quae ab aliis facta sunt, memoria retinent, et imitantur, si simplices, inquam, homines consuetudini confidere, et certam spem concipere non possent, fore, ut, quae adhuc diu, similiter, et a pluribus facta sint, etiam in posterum seruentur. Nihil certum aut securum esset, si mores ciuitatis in horas mutarentur. Habent omnino ciues, cur negotia, et familiaris rei rationes ad illa componant, quae PLERVM QVE FIERI obseruauerunt, si IURE SCRIPTO nihil definitum. Quae enim hominibus plebeis ad spem magis opportuna sunt, quam quae saepe, etiam A SAPIENTIBVS, fieri uiderunt?

Haec AB QVITAS omnem, quae non sit improba, aut legibus aduersa, CONSUETUDINEM commendat. Sed quae de CONSENSU PRINCIPIS TACITO dicuntur, mihi non uidentur expedita. Quis enim credat, tot mores ciuium dissimiles, et in pagis fere singulis diuersos, PRINCIPI INNOTESENTE, aut de illis, per speculatores quosdam, AD PRINCIPEM REFERRI? Pleraeque consuetudines bona omnium cum uenia, sive pompa et apparatu, in rem publicam irrepunt, quas Princeps ne diuinando quidem facile assequeretur; tantum abest, ut principem SCIRE omnes populi CONSUETUDINES credamus. Sed si illum SCIRE mores ciuium non existimare possumus, quis principissILENTIVM, et PATIENTIAM, pro consensu tacito haberet. Imo uero, eius, qui nos cogere, et obsequium nostrum exspectare possit, eius, inquam, SCIEN-TIA et PATIENTIA non temere accipitur pro tacito consensu. Differuntur interdum poenae, et indignationis significatio, ut TARDITAS deinde PENSETVR GRAVITATE. Igittur

tur, nolim in definitienda virtute CONSVETV.DINIS, recurrere ad TACITVM principiis, CONSENSVM. Imo uero sufficit illa, quam supra audiuimus, vox naturae atque aequitatis, quae uis consuetudinis defenditur. Praeterea in plerisque prouinciis, et apud GERMANOS maxime, qui semper bonis moribus; si TACITVM audias, a) pro lege ipsi sunt, GENERALITER, et EXPRESSE principes auctoritatem illam consuetudini legitima et ptae, largiti sunt, VT LEGEM IMITETVR; adeoque non opus est ILLO TACITO CONSENSU.

III

DIFFERT CONSVETVDO A RE CONSVETA.

AD ILLAM REQVIRITVR ANIMVS REGVLAM CONSTITVENDI,
RES CONSVETA ALIQVANDO MITIUS PVNITVR,
INTERDVM ETIAM GRAVIUS

Ex his, quae adhuc disputata sunt, intelligitur, CONSENSVM VTTENTIVM, ipsa NATYRALI RATIONE, IUS FACERE interdum, in rebus INDIFFERENTIBVS; si constet, ANIMO REGVLAM CONSTITVENDI aliquid a ciuibus introductum esse. Hoc est, quod magistri artis nostrae, consuetudinem, non IRRATIONABILEM, sed quae circa RES INDIFFERENTES unice versetur, ACTVS etiam CREBROS, MORES DIVTVENOB, ut de CONSENSV populi constare possit, denique actus PERPETVO SIMILITER administratos, id est UNIFORMES, desiderant, ut ANIMVS CONSTITVENDI REGVLAM intel-

B 2

a) Tacit. de Mor. Germ. c. 18.

intelligatur. Sed haec copiose disputata sunt ab aliis, quos extribere non uacat. Placet alioquin dunitaxat, quasi per saturam, quod dicebant veteres, mohere. Illud enim refert obseruare, quod, si quid illorum quae iam commemorata sunt, deficiat, non **CONSVETVDO**, sed **RES CONSVETA**, enasci videatur. Sed haec quidem, quamuis **LEGEM** non faciat, tamen non prorsus negligenda est, in disceptatione caussae controversae. Primum enim videamus, si non de re **INDIFFERENTI**, quae materia est consuetudinis, sed de re iniusta, et iuri scripto aduersa, aliquid **CONSENSU VTBENTIVM** sit introductum. Enimuero, non eget disputatione, quae **CONTRA LEGEM** a ciuibus, necessitate **OBSERVIS** obstrictis, administrata sint, **VIM IURIS** non habere, nisi evidentissimis probationibus, **CONSENSYS PRINCIPIS**, qui laxaverit vinculum obligationis et remiserit priorem obligationem, doceatur. Hoc animo subinde nostri etiam **ICTI** desiderant, ut **CONTRADICTO** in primis iudicio firmati sint mores illi, qui **CONTRA LEGEM** irrepererunt. Hoc enim **ULPIANO** etiam placuit, l. 34. **D. de Legibus**. Certe, quae **CONTRA LEGEM PROHIBITIVAM** suscepta sunt, obtentu consuetudinis, propter frequentiam delicti, impunitatem non merentur. Quod et **CONSTANTINVS** obseruavit. l. 2. **C. quae fit long consuet.** Falluntur enim Aduocati, qui in excusandis delictis clientium, ad consuetudinem, aut desuetudinem etiam subinde, confugiunt, spe poenae evitandae. Haec enim si **CERTA** et **DEFINITA** fuerit, propter consuetudinem peccandi, a iudice non temperatur. Frequentissime illud accidit, in exigenda multa XX. loachimicorum, quae **Ordin. Polin. Sax. Et. d. A. 1612** in illos constituta est; qui ultra tempus lege definitum in popinis et compotationibus uerstantur. Huic enim legis sanctio, quamuis passim a multis negligatur, tamen semper loquitur: ut **ICTI** reum, qui eius rei accusatus fuerit, quotidie poena defu-

definite condamnent, nec locum uenire relinquant, nisi a Principe illa impetretur: quod PRAESES mihi indicauit

Ceterum, in poenis ARBITRARIIS constituendis, aliquando magis fere illis parcitur, qui non sine exemplo, sed ex consuetudine multorum, peccauerunt; si ex negligentia iudicis, qui delicti poenam aliquoties non exegit, iudicari possit, reos IGNORANTIA, aut spe erronea impunitatis, deceptos delinquisse. Non enim DOLO tam insigni peccauit, qui IMITATIONE reliquorum seductus est ad delinquendum. Sed tunc temperamentum poenae admitti posse VLPIANVS praecipit. l.5. s.7. D. de Poenis. MITIGAMVS igitur poenam aliquando, si quis seductus CONSVETUDINE, peccauit. Sed IMPVNITAS frustra speratur consuetudinis obtenuit. Multo minus IUS facit frequentia delicti. Eo pertinet, quod mercatores IN CAMBIALI NEGOTIO, et mutui datione, plerumque de ipsa sorte, iniustissima ANTICIPATIONE, DEVCVNT VSUARIA; et, quod reliquum est, duntaxat numerant; sed cambio totam sortem, quamvis non INTEGRA numerata sit, plerumque comprehendunt, et annis frequentibus, quasi ex tota sorte, exigunt usuras. Quod quamquam ipsis familiare et usu frequentatum est, tamen uilio non caret; ut in reconuentione repeti possit, quod ita iniuste sit exactum. PRAESES mihi retulit, haud ita pridem a CURIA PROVINCIALI VITERGENSI iudicatum esse, ut lucrum illud restituatur debitori:

Dass denjenigen Wechsel-Gläubigern, welche die Zinsen vorausgenommen, und inne behalten, dasjenige, was sie auf solche Masse zur Ungebühr erhalten, von denen Capitalien abzuziehen, und die Zinsen nur von den Rückstand, nach behöriger Ausrechnung, von Jahren zu Jahren anzusezen,

Quae sententia etiam A SUPREMO SENATE PROVOCATAE,
NVM confirmata est.

Sed TEMPERATVR tamen poena facti illiciti , quod quis non DOLO, sed imitatione aliorum, et consuetudine ad ductus, admisisse videatur. Imo vero aliquando qui CON SVE TUDINE peccandi a pluribus RECIPIA, malo in crebre scente, licentiosius deliquerit, cum non ignorantia, sed maiori audacia, peccasse videatur, severius punitur: ut reliqui exemplo supplicii deterreantur. Nam generaliter, POENA ARBITRARIA, tunc demum, propter consuetudinis excusationem, mitigatur, si appareat, non tam, DOLO, quam ignorantia, peccatum esse.

Haec igitur quidem CONSEVTA sunt, sed uim consuetudinis et legis nuncquam obtinent, atque opponuntur INSOLITIS, quae RARO, et SINE EXEMPLO, admittuntur. In his quidem DOLVS IN SIGNIS, et inauditus, proditur. Ideoque tantum abest, ut ueniam mereri possint, ut potius GRAVAVS animaduertendum sit, si novo exemplo improbitatis delinquatur, Neque enim ibi consistunt exempla, quod VELLEIVS a) ait, unde eooperunt; sed, quamlibet in tenuem recepta trahitem, latissimam euagandi viam ibi faciunt. Igitur in his fere locis PRIVILEGIO ODIOSO relinquuntur, ut sine exemplo puniantur, qui sine exemplo peccaverunt. Vti Hadrianus Vmbriciam matronam, quod sine exemplo, ex levissmis caussis, ancillas suas atrocissime tractasset, in quinqueannum relegauit. l. 2. f. D. His, qui sive vel alien. iur.

Ita quidem de DELINQUENDI CONSEVTA habendum. Sed sunt et alia CONSEVTA, quae quamvis LI-

CITE

a) Vellei. Paterc. II. c. 35,

CITIBUS suscipiantur, tamen vim legis non obtinent, et, IURIS NECESSITATE, neminem obstringunt. Sed haec quidem RBS MERAES FACULTATIS appellantur. Quoties enim, quod supra dictum est, NON ANIMO, CONSTITVENDI REGVLAM, aliquid inualuit, quamvis a multis frequentatum sit, vim consuetudinis et legis non habebit. Eo pertinent, quae uel NON DIX satis, uel NON AB OMNIBVS, sed a multis duntaxat, neque PERPETVO SIMILITER, obseruata sunt: ut appareat, cuiusque arbitrio permisum esse, an sequitur exemplum reliquorum. Neque tamen, quae APLVRIM facta sunt, prorsus negligimus in iudicando. SOLENTE enim, QVAE PLERVMQVE FIVNT, quamvis non expressa sint, in dubio, PRAESUMTI; nisi appareat DIVERSVM placuisse. Ita POMPONIVS tradidit, l. 3. D. de Reb. Cred. si certum petat.

III

CONSVETVDINES SINGVLORVM

MVLTVM igitur CONSENSYI utentium tribuum pracepta artis nostrae; sed tanto minus CONSVETVDINI SINGVLORVM, quae aliis necessitatem legis non imponit. Sed in his quidem quemvis patimur suo sensu abundare. IULIANVS tamen, ius, quo urbs Roma uritur, aut, si quis alia est VRBS VRBIVM, si nihil aliud appareat, etiam ab aliis seruandum esse, sic l. 32. D. de Legibus.

Sed PRIVATORVM quidem SINGVLORVM CONSVETVDINES necessitatem imitationis nemini imponunt. Doluni tamen excusat illa consuetudo, si quis non animo nocendi, sed ex SVA CONSVETVDINE, quamvis minus recta, aliquid feci-

fecisse arguatur. Tunc enim magis culpa, quam dolo, videbitur peccasse. PRAESES mihi indicauit, nuper ORDINE ICTORVM VITE BERGENSIUM eiusmodi speciem oblatain. Mercator aliquis usurpabat saepius, in consuetudine loquendi, quaedam uocabula diminutiva et ludicra, quae aliquid iniuriae omnino continebant, aduersos plerosque, quasi per iocum, quamuis cum illis nunquam familiariter uixisset. Sed aliquando inciderat in virginem honestam, quae indignus ferebat rusticarem importuni mercatoris. Haec rem ad iudicem detulerat, et sibi satisfieri petebat. Reus per testes comprobabat, se saepius, animo innocentia, verbis illis, quasi BLANDITIIS, usum esse: et NOTAM esse hanc ipsius CONSVENTUDINEM. Igitur placuit, illum iniuriarum non tereri: cum VLPIANVS doceat, neminem facere iniuriam, nisi SCIAIT, se iniuriam facere, cum contra, quae PER IOCVM, quamuis illiberaliter facta sint, non uideantur per iniuriam facta esse. 1.3.§. 2. et 3. D. de Injur. Sed CULPA reus non uacabat. Igitur responsum, a judice graui illum increpatione coercendum esse, et expensas ab ipso exigendas.

V

EX CONSVENTUDINE ANIMANTIVM

CONIECTURA DOMINI PETITVR

NE BRVTORVM quidem CONSVENTUDINES iurisprudenter neglexit. Illae quidem ius BRVTIS non faciunt; quae NATVRAM, id est, uoluntatem creatoris, per instinctus naturales ipsis proditam, quam IVSTINIANVS non male IUS NATVRAE omnium animantium appellat, sequi debent.

debet. Igitur si brutum prauam consuetudinem contrahat, si bos, cornu petere solitus, aliquem petierit, aut equus calcitrans, calce percussus, deliquisse videbitur; ut dominus de PAVPERIB subinde teneatur. I. i. §. 4. D. Si quadrup. panper. fessisse.

Sed ex CONVENTU DINE animantium tamen ANIMVS ipsorum colligitur, et conjectura capitur de domino, cuius potestati fuerint subiecta. POMONIVS enim l. 37. D. de Fure. & l. 8. s. 1. D. Fam. Hertzic. itemque IVSTINIANVS §. 15. l. de Rer. Diu. pauones, et feras bestias, quae ex CONVENTU DINE in sylvas ire et redire soleant, tamdiu nostras esse aiunt, donec ANIMVM revertendi habeant, quem tunc uidentur desinere habere, cum REVERTENDI CONVENTUDINEM deseruerint. Talis erat ille ceruus Latinorum, a.)

formam praestanti et cornibus iagens,
Tyrrhidae pueri quem matris ab ubere raptum
Nutribant, Tyrrhusque pater: cui regia parent
Armenia, et late custodia credita campi.
Assuetum IMPERIO soror omni Syluia cura
Mollibus intexens seruabat cornua fertis.
Pectebatque ferum, puroque in fonte lagabat.
Ille manum patiens, membraque assuetus herili,
Errabat syluis, rursusque ad limina nota
Ipse domum, sera quamvis se nocte, ferebat.

Sed hunc Ascanius cum iaculo occidisset, iustum indignationem Latinorum prouocauit, nisi, quod ignorantiae excusatione uti potuisse uideretur

C

Nu-

a) Virgil, Aen. VII. u. 483.

Nuper quidem ex equi conservatō dīmīnūtū, artificialiter, quod aiunt ICū, probatum ēst, PRAESESTĀ mihi retulit. Equus furto subtractus erat, et a domino deinde deprehensus. Hic uero, hunc equum suum ēst, interirando affirmare detrectabat: sed offerebat aliam probationem. Inter alia enim petebat, equum ad domum adduci suam et obseruari, quid contingat: Quod facile impetravit a iudice. Equus eum ad centum passus abesse a tugurio domini, dimissus ab auriga, confestim tugurium apertum cursu citate petiit: Intromissus stabula nota quaesivit; quae cum aliis equis occupata essent, non quieuit, donec viam sibi faceret ad praesepia, atque adeundem locum, in quo olim consistere solitus fuerat: Ita dominus obtinuit, ut equus redderetur.



Cum uero in die iudiciorum, quod dicitur, in causa
domini apparetur ergo in publico, iustus
-UL.

